sius diceret audisse me neminē: doctus etiam græcis. T. Albitius: vel potius pene græcus loquar vt opinor. sed licet ex orationib⁹ iudicare. Fuit autem Athenis adolescens perfectus Epicureus euaserat: minime aptum ad dicendū genus Iamq; Qu. Catullus nō antiquo illo more sed hoc nostro nisi quid fieri potest pfectius eruditius: mulcæ litteræ summæ: nō vite solum atq; naturæ sed oratōnis etiam co mitas incorrupta quædā latini sermonis integritas: quæ perspici quū ex orationib⁹ eius potest: tū fa cillime ex eo libro: quem de consulatu & de rebus gestis suis con'criptū molli & Xenophonteio ge nere sermonis misit: ad A. Iurium poetam familiarem suū qui liber nihilo notior est q̄ illi tres de qui bus ante dixi Scauri libri. Tum Brutus mihi quidem nec iste notus est: nec illi: sed hæc mea culpa est nunq; enim in manus inciderūt. Nūc autē & a te sumam & cōquirā ista post hac curiosius fuit igitur in catullo sermo latinus: quæ laus dicendi nō mediocris ab oratoribus plerisq; neglecta est. Nam & so no vocis & suauitate appellandæ litterarum: qm̄ filium cognouisti: noli expectare quid dicam: quan q̄ filius non fuit in oratoꝝ numero sed non deerat ei tamē in sentētia dicendi: quū prudentia tū ele gans quoddā & eruditū orationis genus. Nec habitus est tamē pater ipse catullus princeps in nume ro patronoꝝ: sed erat talis vt quū quosdā audires qui tum erant præstātes videret esse inferior Quū autē ipm audires sine compatione non modo cōtentus esses sed melius nō quæreres. Qu. Metellus numidicus & eius collega. M. Syllanus dicebant de. r. P. qd esset illis viris: & cōsulari dignitati satis. M. Aurelius Scaurus: non sæpe dicebat sed polite latine vero imprimis est eleganter locutus. q̄ laus eadem in aulo Albinio bene loquendi fuit Nam flamen Albinus etiam in numero est habitus disertoꝝ. Qu etiam Cæpio vir acer & fortis: qui fortuna belli crimini: inuidia populi calamitati fuit. Tum etiam. CL. Mēmii fuerūt oratores mediocres accusatores acres atq; acerbi. Itaq; in iudiciū capitis mlt os vocauerūt: pro reis non sæpe dixerūt SP. Torius satis valuit in populari genere dicendi. is qui agrum publicum viciosa & inutili lege vectigale leuauit M. Marcellus Esernini pater non ille quidē in patronis: sed in promptis tamē & nō exercitatis ad dicēdum fuit vt filius eius. P. Lentulus. L. etiam Cotta prætorius in mediocriū oratoꝝ numero dicendi nō ita multū: laude processerat sed de in dustria quū verbis tum etiā ipso sono quasi sub rustico prosequebatē atq; imitabatē antiquitatem. At q; & ego in hoc ipso Cotta: & in aliis pluribus intelligo me nō ita disertos homies & retulisse in ora toꝝ nūerum & relatuꝝ. Est em̄ propositū colligere eos qui hoc munere in ciuitate functi sunt. vt tene rent oratoꝝ locum quoꝝ quidem quæ fuerit alsensio: & quā in omnib⁹ rebus difficilis optimi perfe ctio atq; absolutio ex eo quod dicam existimari pōt. Q̄multi em̄ iam oratores cōmemorati sunt: & q̄diu in eoꝝ enumeratione versamur. quū tamē spisse atq; vix vt dudum ad Demosthenē: & Hyperi dem: sic nūc ad Antoniū crassumq; puenimus. Nam ego sic existimo bos oratores fuisse maximos: & in his primū cum græcoꝝ gloria: latine dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant antbonio in mentē ea que sico quecq; loco vbi plurimū ꝓficere & valere possent: vt ab impatore equites: pedites: leuis armatura: sic ab illo in maxime oportunis oōnis partibus collocabantē. Erat memoria summa nulla meditationis suspitio imperatus semp aggredi ad dicendū videbatē: sed ita erat paratus vt iudi ces illo dicente nōnūq; viderentē nō satis parati ad cauendū fuisse. Verba ipsa nō illa quidem elegātis simo sermone Itaq; diligenter loquendi laude caruit: neq; tamē est admodū inquinate locutus: sed il la quæ proprie laus oōnis est in verbis: nam ipm latine loqui est illud quidem est vt pauloante dixi in magna laude ponendū sed non tam sua sponte: q̄ quod est a plæriscq; neglectū. Non em̄ tam præ clarum est scire latine: q̄ turpe nescire. Neq; tam id mihi oratoris boni: q̄ ciuis rhomani propriū vi detur. sed tamē antbonius in verbis & eligendis: neq; idipm tā leporis causa q̄ ponderis & collocan dis: & cōpressione deuintiendis: nihil nō ad rōnem & tanq; ad artem dirigebat. Verum multomagis hoc idem in sententiaꝝ ornamentis: & cōformationib⁹: quo genere quia præstat oīmibus. Demosthe nes idcirco a doctis oratoꝝ est princeps iudicatus. Scæmata em̄ que vocant græci: ea maxime me or nant oratorem ea quæ nō tam in verbis pingendis habent pondus: q̄ in illuminandis sententiis: sed hæc magna in antbonio: tum actio singularis que si partiēda est in gestū: atq; vocem gestus erat non verba exprimens: sed cum sentētiis cōgruens manus humeri: latera: suppulsio pedis status: incessus: oīmisq; motus cum verbis sentētiisq; consentiēs: vox pmanens: verum sub rauca natura: sed hoc vici um huic vni in bonum cōuertebat. Habebat em̄ flebile quiddam in quæstionibus: aptumq; quū ad fidem faciendam. tum ad misericordiā cōmouēdam: vt verū videret in hoc illud quod Demosthenē ferūt: ei qui quæsiuisset quid primū esset in dicendo actionem: quid secūdum idem: & idem terti um respondisse. Nulla res magis penetrat in animos: eosq; fingit: format flectit: taliscq; oratores videri fa cit quales ipi se videri volūt. Huic alii parem esse dicebant: alii anteponebāt L. crassum illud quidem certe oēs ita iudicabant: neminē esse qui boꝝ alterutro patrono cuiusq; ingenium requireret. Eqdem quanq; antbonio tantū tribuo q̄tum supradixi: tamē Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius erat summa grauitas erat cum grauitate iūctus facetiaꝝ: & vrbanitatis oratorius nō scurrilis lepos: latine loquendi accurata: & sine molestia diligens elegantia: in disserendo mira explicatio: quū de iure ciui li: quū de æquo & bono disputaretē argumentoꝝ: & similitudinū copia. Nam vt antbonius cōiectu ra mouenda: aut sedanda suspitione: aut excitando incredibilem vim habebat: sic in interprætādo: in diffiniendo. in explicanda æquitate nihil erat Crasso copiosius: idq; quū sæpe alias: tum apud centū

uiros M. Curii cā cognitū est. Ita cū multa tū cōtra scriptū pro equo: & bono dixit: vt boiem acutissimum. Qu. Scæuolam: & in iure in quo illa causa versabaē paratissimū obrueret argumentoꝝ: exemplorūq; copia atq; ita tum ab his patronis æqualibus etiam consularibus causa illa dicta est quū vterq; ius ciuile ex contraria parte defenderet: vt eloquentiū iurisperitissimus Crassus iurisperitorum eloquentissimus. Scæuola putaretur. qui quidem quū pacutus esset ad excogitandum quid in iure. aut i æquo verum aut esset: aut nō esset tum verbis erat ad rem summa breuitate mirabiliter aptus. Quare sit nobis orator in boc interpretandi: explicandi: edisserendi genere mirabilis: sicut simile nihil videtur in augendo: in ornando: in refellendo magis existimator metuendus q̄ admirandus orator. Verum ad Crassum reuertamur. Tum Brutus. Etsi satis inquit mihi videbar baberi cognitum Scæuolā: ex bis rebus quas audiebam sæpe ex. C. Rutilio quo vtebaē propter familiaritatē Scæuolæ nostri: tamen ista mihi dicendi tanta laus nota nō erat. Itaq; cœpi voluptatem tam ornatum virum tāq; excellens ingeniū fuisse in nostra rep. Hic ego. Noli inq̄ brute existimare bis duobus quicq̄ fuisse in nostra ciuitate p̄stantius. Nam vt pauloante dixi: cōsultorum alterum disertissimū diserto: alterum consultissimū fuisse. sic in reliquis rebus ita dissimiles erant inter sese statuere: vt tamē nō possis vtrius te malles similiorē: Crassus erat elegantiū parcissimus. Scæuola parcorum elegantissimus. Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis. Scæuolæ multa in seueritate: nō deerat tamē comitas licet oīa boc modo: sed vereor ne fingi videanē. Hæc vt dicanē a me quodāmodo res se tamen sic habet quū oīs virtus sit: vt vestra brute vetus academia dixit mediocritas: vterq; borum medium quidda volebat sequi: sed ita cadebat vt alter ex alterius laude partem: vterq; autem suam totā haberet. Tum brutus. Quū ex tua oīone mihi videor inquit bene crassum & Scæuolam cognouisse tum de te & Seruio Sulpitio cogitans esse quandam vobis cū illis similitudinē iudico. Quonā inq̄ istud modo quia mihi & tu videris inquit tantū iuris ciuilis scire voluisse: q̄tum satis esset oratori. & Ser. elōquentiæ tantū assumpsisse vt ius ciuile facile possit tueri. ætatesq; vestre: vt illorum nihil aut non re multum differūt Et ego de me inq̄ dicere nihil est necesse de Seruio autē & tu probe dicis & ego dicam qđ sentio. Non enim facile quem dixerim plus studii q̄ illum: & ad dicendum: & ad omnes bonarum rerum disciplinas adbibuisse. nam & iisdem exercitationibus ineunte ætate fuimus: & Postea vna Rbodū ille etiam profectus est quo melior esset & doctior. & inde vt rediit videtur mihi in secūda arte primus esse maluisse q̄ in prima secūdus. Atq; haud scio an principibus esse potuisset sed fortasse maluit id quod est adeptus longe omniū nō eiusdem modo ætatis: sed eorum etiā qui fuissent in iure ciuili esse princeps. Hic Brutus ain tu inquit etiam ne. Qu. Scæuolæ Seruiū nostrum anteponis. Sic enim inq̄s Brute existimo: iuris ciuilis magnū vsum: & apud Scæuolam & apud multos fuisse artem in boc vno quod nunq̄ effecisset ipsius iuris scientia nisi eam præterea didisset artē quæ doceret rem vniuersam tribuere in partes latentem explicare diffiniendo obscuram explanare interpretando: ambiguam primū videre deinde distinguere postremo babere regulam qua vera & falsa iudicarenē. & quæ quibus propositis eēnt quæq; non eēut consequentia. Hic enim attulit banc artē omniū artium maximam: quasi lucem ad ea quæ confusæ ab aliis aut respondebaē aut agebanē. Dialectica mihi videris diceret inquit. Recte inq̄s intelligis: sed adiunxit etiam & litterarum sciētiam: & loquendi elegantiam quæ ex scriptis eius quorum similia nulla sunt facillime perspici potest Quumq; dicendi causa duobus pentissimis operam dedisset. L. Lucio Balbo C. Aquilio Gallo: Galli bominis acuti & exercitati promptam & paratam in agendo: & in respondendo celeritatem subtilitate diligentiaq; superauit. Balbi docti & eruditi bominis in vtraq; re consideratam tarditatem vicit expeditis conficiendisq; rebus sic & habet quod vterq; eorum babuit: & expleuit quod vtriq; defuit. Itaq; vt Crassus mihi videtur sapientius fecisse q̄s Scæuola: bic enim causas studiose recipiebat: in quibus a Crasso superabatur ille se consuli solebat ne qua in re inferiori esset q̄s Scæuola sic Seruius absentissime quū duo ciuiles artes ac forenses plurimum & laudis baberent & gratiæ perfecit vt altera præstaret omnibus ex altera tantum assumeret quantum esset: & ad tuendum ius ciuile & ad optinēdam consularem dignitatem satis. Tum Brutus ita prorsus inquit & antea putabam Audiui enim nuper eum studiose: & frequenter sumi quū ex eo ius nostrorum pontificium qua ex parte cum iure ciuili cōiunctum esset vellem cognoscere & nūc meum iudicium multo magis confirmo testimonio & iudicio tuo simul illud gaudeo: q; & æqualitas vestra: & pares bonoꝝ gradus & artium studiorūq; qua si finitima vicinitas tantum abest ab obtrectatione inuidiæ quæ solet lacerare plærosq; vt in ea nō modo non exulcerare vestram gratiam: sed etiam conciliare videatur. quali em̄ te erga illum perspitio: tali illum in te voluntate iudicioq; cognoui. Itaq; doleo & illius consilio & tua voce populum rhomanū carere tādiu quod quū p se dolendū est tū multo magis cōsideranti ad quos ista nō translata sint: sed nescio quo pacto deuenerint. Hic atticus dixerā inqt a principio de rep vt sileremus. Itaq; faciamus. Nā si isto mō volum? singulas res desiderare nō mō quærēdi sed ne lugēdi quidē finē repiem?. Pergam? ergo inq̄s ad reliq̄ & institutū ordinē pseq̄mur. Paratus igiē veniebat Crassus expectabaē: audiebaē a principio statim qđ erat apud eum semp accuratū expectatōe dignus videbaē: non multa expectatōe dignus videbaē: nō multa iactatio corporis non indinatio vocis nulla inambulatio non crebra suppositio pedis vebemens & interdum irata & plena iusti doloris oratio multæ & cuꝫ grauita-

te facetiæ quodq; difficile est idem & perornatus & perbreuis iam in altercando inuenit parem nemi-
nem versatus est in omni fere genere causarum mature in locum principium oratorum venit. Accusa-
uit carbonem æloquentissimum bominem admodum adolescens: summam ingenii non laudem mo-
do sed etiam admirationem est consecutus. Defendit postea Licinian virginem: quum annos vigin
ti septem natus esset in eaipsa causa fuit eloquentissimus: orationesq; eius scriptas quasdam in partes
reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi causæ popularis aliquid attingere: eamq; coloniã
vt fecit ip e deducere. Extat in eam legem serior vt ita dicam quam ætas illa ferebat oratio. Multe de-
indecausæ: sed ita tacitus tribunatus. vt nisi in eo magistratu cœnauisset apud præconem Granium id-
q; nobis bis narrauisset Lucilius: tri plæ. nesciremus fuisse. Ita prorsus inquit Brutus: sed ne de Scæuo
læquidem tribunatu quicq; audiuisse videor. & eum collegaz Crassi credo fuisse. omnibus quidẽ aliis
inq; magistratibus: sed triæunus anno post fuit eoq; in rostris sedente suasit seruiliam legem Crassus.
Nam censuram sine Scæuola gessit eum enim magistratum nemo vnq; Scæuolarũ petiuit: sed bæc Cras
si quum edita oratio est: quam te sæpe legisse certe scio quatuor & triginta tum habebat annos: totidẽ
q; annis mibi ætate prestabat. His enim consulibus eam legem suasit. quibus nati sumus quum ipse es
set. Qu. Cæpione natus: &. C. Lælio triennio ipso minor q; Antonius. quod iccirco posui: vt dicendi
latine prima maturitas in qua ætate extitisset posset notari & intelligeretur iam ad summum pene esse
perductã: vt eo nibil ferme quisq; addere posset nisi qui a philosophia: & a iure ciuili ab historia fuisset
instructior. Erit inquit. M. Brutus aut iam est iste quem expectas. nescio inq;: Sed ẽ etiam. L. Crassi in
ma censoris oratio qua anno duo de quinquagelimo vsus est. In bis omnibus inest quidam sine vllo
consulatu. pro. Qu. Cæpione defensione iuncta non breuis: vt laudatio: vt oratio autem breuis postre
phuco veritatis color. quin etiam comprebensio & ambitus ille verborum: si sic periodũ appellari pla-
cet. erat apud illum contractus: & breuis: & in membra quædam quæ græci vocãt: dispartiebat
orationem lubentius Hoc loco Brutus quandoquidem tu istos oratores inquit tantopere laudas vel
lem aliquid Antonio præter illum de ratione dicendi: sane exilem libellum: plura Crasso libuisset scri
bere. Quum enim omnibus memoriam sui: tum etiam disciplinam dicendi nobis reliquisset. Nã. Scæ
uolæ dicendi elegantiam satis ex bis orationibus quas reliquit habemus cognitam Et ego mibi qui
dem a pueritia quasi magistra fuit inquam illa in legem Cæpionis oratio in qua & auctoritas ornatur
senatus: quo pro ordine illa dicuntur: & inuidia concitatur in iudicium & in accusatorum factionem:
contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit multa in illa oratione grauiter: multa leni
ter: multa aspere multa facete dicta sunt. plura etiam dicta q; scripta: quod ex quibusdã capitibus expo
sitis: nec explicatis intelligi potest. Ipsa illa censoria contra: C Domitium collegam non est oratio: sed
quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius Nulla est enim altercatio damoriba vn
q; habita maioribus. Et vero fuit in boc: & popularis dictio excellens Antonii gen? dicendi multo apti
us iudiciis q; contionibus boc loco ipsum Domitium non relinquo. Nã & si non fuit in oratorum nu
mero tamen pono satis in eo fuisse orationis: atq; ingenii: quo & magistratus personam & consularẽ
dignitatem tueretur: quod idem de. C. Cælio dixerim: industriam in eo summam fuisse: summasq; vir
tutes eloquentiæ tantum quod esset in rebus priuatis amicis eius in repu. ipsius dignitatis satis. Eo-
dem tempore. M. Herennius in medio crib? oratorib? latinæ: & diligenter loquentibus numeratus
est. qui tamen summa nobilitate bominem cognatione sodalitate: collegio: summa etiam æloquentia
L. Philippum in consulatus petitione superauit. Eodem tempore. C. Clodius & si propter summam
nobilitatem: & singularem potentiam magnus erat: tamen etiaz eloquentiæ quandam mediocritatẽ
afferebat. Eiusdem fere temporis fuit æques romanus. C. Titius qui meo iudicio eo peruenisse vide-
tur quo potuit fere latinus orator sine græcis litteris: & sine multo vsu peruenire. Huius orationes
videantur. Easdem argutias in trigœdias satis quidem ille acute. sed perum tragice transtulit: quem
tantum argutiarum. tantum exemplorum etiam vrbanitatis habent: vt pene Attico stilo scriptæ esse
studebat imitari. L. Affranius poeta bomo per argutus in fabulis quidem etiam (vt scitis) disertus.
Fuit etiam. Qu. Rubrius Varro qui a senatu bostis cum. C. Merio iudicatus est acer: & vehemens
accusator. In eo genere fane probabilis doctus autem græcis litteris propinquus noster factus ad di
cendum. Ma. Gratidius. M. Antonii perfamiliaris: cuius præfectus quum esset in Cilitia est interse
ctus qui accusauit. C. Fimbriam. M. Marii. Gratidiani patrem: atq; etiam apud socios: & latinos ora-
tores babiti sunt Qu Vectius vectianus e Marsis quem ipse cognoui prudens: vir & i dicẽdo bre-
uis. Qu. D. Sorani vicini & familiares mei non tam in dicendo admirabiles: q; docti & græcis litteris
& latinis. C Rusticellus bononiensis is quidem & exercitatus: & natura volubilis. Omnium autem
eloquentissimus extra banc vrbem. T. Betutius Barrus Asculanus: cuius sunt aliquot orationes As-
culi habite. Illa Romæ contra Cæpionem nobilis fane cui orationi Cæpionis ore respondit Elius: qui
scriptitauit orationes multas: orator ipse nunq; fuit. Apud maiores autem nostros video disertissimum
habitum ex Latio. L. Papyrium Fregallanum T. Gracbi. P. F. fere ætate eius autem oratio ẽ pro Fre
gellanis. coloniscq; latinis habita in senatu. Tum Brutus. Quid igitẽ tu inquit trib? istis externis quasi
oratoribus: quid censes inq; nisi idem quod vrban? præter vnum quod non est eorum vrbanitate
quadam: quasi colorata oratio. Et Brutus: qui est inquit iste tandem vrbanitatis color nescio inq; tan-
tũ esse quendã scio. Id tu Brute iam intelliges quum in Galliam veneris audies tu quidẽ et verba quæ

dam non tria romæ:ſed bæc mutari dediſciq; poſſunt. Illud eſt maius:quod in vocibus noſtrorum ora
torum reciuuit quidam.& reſonat vrbanus. Nec hoc in oratoribus apparet:ſed etiam in cæteris. Ego
memini. T. Tincam placentinum hominem facetiſſimum cum familiari noſtro. Q u Grauio præconæ
dicacitate certare. Eum inquit Brutus:de quo multa Lucilius:iſto ipſo:ſed tincam non minus multa ri
dicule dicentem Granius obruebat. Neſcio quo ſapore vernaculo:vt ego iã non mirer:illud Theophra
ſto accidiſſe.quod dicitur:quum percontaretur ex annicula quadam quanti aliquid venderet:& reſpon
diſſet illa at q; addidiſſet bolpes non pote minoris tuliſſe eum moleſte: ſe non effugere boſpitis ſpeciẽ
quum ætatem ageret Athenis:optimeq; loqueretur. Omnium ſicut opinor in noſtris eſt quidam vrba
norum ſicut ille atticorum ſonus:ſed domum redeas:id eſt ad noſtros reuertamur. Duobus igitur ſum
mis Craſſo & Antonio. L. Philippus proximus accedebat:ſed longo interuallo tamen proximus. Ita
q; eum & ſi nemo intercedebat qui ſe illi anteferret neq; ſecundum tamen:neq; tertiũ dixerim. Nec eñ
in quadrigis eum ſecundum uomerauerim aut tercium qui vix e carceribus exicit quum palmam iam
primus acceperit. nec in oratoribus qui tantum abſit a primo vix in eodem curriculo eſſe videatur:ſed
tamen erant ea in philippo:quæ ſine comparatione illorum ſpectaret:ſatis magna diceret ſumma liber
tas in oratione multæ faceciæ:ſatis creber in reperiendis:ſolutus in explicandis ſententiis erat etiam in
primis vt temporibus illis græcis doctrinis inſtitutus in altercando cum aliquo aculeo:& maledicto fa
cetus. Horum ætati prope coniũctus:L. Cælius non tam vendibilis orator q; vt neſcires quid ei deeſſet
nec enim erat indoctus nec tardus ad excogitandum:nec romanarum rerum immemor:& verbis ſo
lutus ſatis ſed in magnos oratores inciderat eius ætas: multam tamen operam amicis & vtilem prebu
it:atq; ita diu vixit:vt multarum ætatum oratoribus implicaretur:multum etiam in cauſis verſaretur. Iſ
dem fere temporibus. D. Brutus is qui conſul cum Mamerco fuit homo & græcis doctus litteris: & la
tinis Dicebat etiam. L. Scipio non imperite: Cneuſq; Pompeius Sex. F. at quem numerum obtinebat
nam Sextus frater eius præſtantiſſimum ingenium contulerat ad ſummam iuris ciuilis:& ad perfecta
geometriæ rerum ſtoicarum ſcientiam. ita minime. Et ante hoc. M. Brutus:& paulo poſt eum. C. Bilie
nus homo per ſe magnus prope ſimili ratione: ſummus euaſerat:qui conſul factus niſi in marianos con
ſulatus:& in eas petitionis anguſtias incidiſſet. Cn. autem octaui eloquentia quæ fuerat ante conſula
tum ignorata:in conſulato multis concionibus eſt vehementer probata:ſed ab eis qui tantum in dice
tium numero non in oratorum fuerunt. Iam ad oratores reuertamur. Cenſeo inquit Atticus:eloquẽ
tis enim videbare:non ſedulos velle conquirere. Feſtiuit de igitur & facetiis inquam C. Iulius. L. F.
& ſuperioribus:& æqualibus ſuis omnibus preſtitit:orator q; fuit:minime ille quidem vehemẽs:ſed
nemo vnq; vrbanitate:nemo leporẽ:nemo ſuauitate conditor. Sunt eius aliquot orationes: ex quib9
ſicut ex eiuſdẽ tragœdiis leuitas eius ſine neruis perſpici poteſt. Eius æqualis P. Cetheg9: cui de rep.
ſatis ſuppeditabat oratio. Totam enim tenebat eam:penituſq; cognorat. Itaq; in ſenatu conſulariũ au
ctoritatem aſſequebatur:ſed in cauſis publicis nihil priuatis ſatis veterator videbatur. Erant in priua
tis cauſis. Qu. Lucretius viſpillo & acutus & iuris peritus. nam a filia aptior concionibus quã iudicis
prudẽs etiã. D. Annius velina:& in eius generis cauſis orator ſane tollerabilis. In eodẽ genere cauſa
multũ erat Ti. iuuentius. nimis ille quidẽ lentus in dicẽdo:& pene frigidus:ſed & callidus:& in capie
do aduerſario verſutus:& preterea nec indoctus:& magna cũ iuris ciuilis intelligẽtia:cui9 auditor P.
Orbios meus fere æqualis in dicẽdo nõ nimis exercitatus in iure aũt ciuili nõ inferior: q; magiſter fuit
Nã. T. Aufidi9 qui vixit ad ſummã ſenectutẽ volebat eſſe ſimilis borũ:erat q; & bonus vir:& innocẽs
ſed diſcebat parũ. nec ſane plus frater eius M. Vergilius qui tri plæ L. Syllæ imperatori diẽ dixit. Eius
collega. P. Magius in dicẽdo tñ copioſior:& oim oratorũ:ſiue rabularũ:qui & plane indocti:aut inur
bani:aut ruſtici etiã fuerũt:quos quidẽ ego cognouerim ſolutiſſimũ in dicẽdo:& acutiſſimum iudico
noſtri ordinis Qu: Sertorũ equeſtris C. Gorgoniũ. fuit etiã facilis & expolitus ad dicẽdũ:& vite ſplẽ
dore multo:& ingenio ſane probabili. T Lunius. L. filius tribunitius quo accuſante. P. Sexti9. Pr. de
ſignatus:dãnatus eſt ambitus:is proceſſiſſet bonoribus lõgius:niſi ſemper infirma:atq; etiã egravali
tudine fuiſſet. Atq; ego p̃dare intelligo me in eorũ cõmemoratiõe verſari:qui nec habiti ſint oratores
neq; fuerint:prætereaq; a me aliquot ex veteribus cõmemoratione:aut laude dignos: ſed hoc quidẽ
ignoratione. Quid eñ eſt ſuperioris ætatis:quod ſcribi poſſit de iis de quibus nulla monumenta lo
quuntur nec alioruꝫ:nec ipſorũ. De iis aũt quos ipſi vidimus neminẽ fere pretermittimus:eoꝝ quos
aliquãdo dicentes vidimus. Volo eñ ſcire in tanta:& tã vetere r. p. maximis premiis eloquẽtiæ ppo
ſitis:ois cupiſſe dicere:nũ plurimos auſos eſſe potuiſſe paucos. Ego tñ ita de vnoquoq; dicã: vti ne
elegi poſſet:quẽ exiſtimẽ clamatorẽ:quẽ oratorẽ fuiſſe iiſdẽ fere tẽporibus:ætate inferiores Paulo q;
Iulius:ſed æqualis prope modũ fuerunt. C Cotta. P. Sulpitius: Qu. Vari9. Cn. Pomponi9: C Curio
L. fuſius. M. Druſus patricius:nec vlla ætate vberior oratorũ fœtus fuit. Ex his Cotta & Sulpiti9 quũ
meo iuditio:tũ omniũ facile primas tulerunt. Hic Atticus quomodo iſtã diris inquit:quũ tuo iudi
cio tũ oim:ſemper ne in oratore probando aut improbando vulgi iudiciũ:cum intelligentiũ iudicio
cõgruit: An alii probanẽ multitudine:alii autẽ ab iis qui intelliguntur. Recte requiris inquam Attice
ſed audies ex me fortaſſe. quod non omnes probent. An tu inquit laboraſſe huic modo Bruto pro
baturus es. Plane inq; Attice diſputationem bãc de oratore p̃bando aut improbando mlto malim

tibi & bruto placere. eloquentiam autem meam populo ꝓbare velim. Etenim neceſſe eſt qui ita dicat vt a multitudine probetur. eundem doctis probari nam quid in dicendo rectum ſit. aut prauũ ego iudicabo. ſi modo is ſum qui id poſſim. aut ſciam iudicare. qualis vero ſit orator. ex eo quod is dicendo efficiet poterit intelligi. Tria ſunt em̃ vt quidem ego ſentio quæ ſint efficienda dicendo. vt docear is apud quem dicetur. vt delectet. vt moueatur vehementius. quibus virtutibus oratoris bonum quicq̃ efficiatur. aut quibus vitiis orator aut non aſſequatur hæc. aut etiam in his labatur. & cadat. artifex aliquid iudicabit. Efficiatur autem ab oratore necne. vt bi qui audiũt ita afficiãtur. vt orator velit vulgi aſſenſu. & populari approbatione iudicari ſolet. Itaq̃ nũq̃ de bono oratore. aut non bono doctis hominibus cum populo diſſenſio fuit. An cenſes dum illi viguerunt (quos ante dixi) non eoſdem gradus oratorum vulgi iudicio & doctorum fuiſſe. De populo ſiquem ita rogauiſſes quis eſt in hac ciuitate eloquentiſſimus. in Antonio & Craſſo. aut dubitaret. aut hũc alius. illũ alius diceret. nemo ne Philippum tam ſuauem oratorem. tam grauem. tam facetũ his anteferet. quẽ noſmetipſi. qui hæc arte aliqua volumus expendere. proximũ illis fuiſſe diximus. Nemo ꝓfecto (id em̃ ipſm eſt ſummi oratoris) ſummum oratorem populo videri. Quare tibicẽ Antigenidas dixerit diſcipulo ſane frigenti ad populum mihi cane & muſis. Ego huic bruto dicenti vt ſolet apud multitudinem. mihi cane & populo mi brute dixerim. vt qui audient. quid efficiatur ego etiam cur ita efficiat intelligam. Credit his quæ dicũtur qui audit oratorem. vera putat. aſſentitur. probatur fidẽ facit oratio. Tu artifex quid queris amplius. delectatur audiens multitudo. & ducitur oratione. & quaſi voluptate quadam perfunditur. quid habes quod diſputes. gaudet. dolet. ridet. plorat. fauet: odit. contemnit. inuidet. ad miſericordiam inducitur. ad pudendum. ad pigendum iraſcitur. miratur ſperat. timet. hæc pinde accidunt. vt qui eor̃ adſunt mentes. verbis & ſententiis. & actione tractantur. Quid eſt quod expectetur docti alicuius ſententia. quod enim probat multitudo. hoc idem doctis probãdum eſt. deniq̃ hoc ſpecimẽ eſt popularis iudicii. in quo nũq̃ fuit populo cũ doctis intelligentibuſq̃ diſſenſio. Quũ multi eſſent oratores in vario genere dicẽdi. qs vnq̃ ex his excellere iudicatus ẽ vulgi iudicio. qui non idem a doctis probaretur. Quando autem dubiũ fuiſſet apud patres noſtros cli gendi. cui patroni daretur optio. quũ aut Antonium optaret. aut Craſſum. aderant multi alii. tamen vtrum de his potius. dubitaſſet aliquis quin alter̃ nemo. Quid adoleſcẽtibus nobis. cum eſſet Cotta & hortenſius. num quis quo quidem eligendi poteſtas eſſet quãquã bis anteponebat. Tum brutus. Quid tu inquit queris alios. de te ipo. non nequid optarent rei. quid ipe Hortẽſius iudicaret videbamus. qui quũ partiret̃ tecum cauſas. Sæpe em̃ interfui perorandi locum. vbi plurimũ pollet oratio ſemper tibi relinquæbat. Faciebat ille quidem inquã & mihi beniuolẽtia credo ductus tribuebat omnia. Sed ego q̃ de me populi ſit opinio neſcio. de reliquis hoc affirmo. q̃ vulgi opinioe diſertiſſimi habiti ſint. eoſdem intelligentiũ quoq̃ iudicio fuiſſe probatiſſimos. Nec em̃ poſſet idem Demoſthenes dicere. quod dixiſſe antimachum clarũm poetam ferunt qui quũ conuocatis auditoribus legeret eis magnũ illud. quod nouiſtis volumẽ ſuũ. & eum legentem omnes preter platonem reliqſſent. legam inquit nihilominus. Plato em̃ mihi vnus inſtar eſt omniũ: me illum & recte. Poema em̃ recon ditum paucor̃ approbatione oratio popularis aſſenſum vulgi debet moueri. At ſi eũdem hunc Platonem vnũ adiutorem haberet Demoſthenes. quũ eſſet relictus a cæteris verbum facere non poſſet Quid tu Brute poſſes. niſi te vt Curionem quandam concio reliquiſſet. Egovero inquit ille. vt me tibi iudicem in eis etiam cauſis in quibus omnis res nobis cum iudicibus eſt. non cum populo. tamẽ ſi a corona relictus ſim non queam dicere. Ita ſe inquam res habet. Ivt ſi tibiæ inflatæ non referant ſonum abiiciendas eas ſibi tibicem putet. Sic oratori populi aures tanquam tibiæ ſunt. eæ ſi inflatũ non recipiunt. aut ſi auditor omnino tanq̃ equus non facit agitandi finis faciendus eſt. Hoc tamen iutereſt. quod vulgus interdum non probandum oratorem probat. ſed probat ſine comparatione quũ a mediocri. aut etiam a malo delectatur: eo eſt contentus. eſſe melius non ſentit illud quod eſt. qualecũq̃ eſt probat. Tenet enim aures vel mediocres orator modo aliquid in eo. nec res vlla plus apud animos hominum. quã ordo. & ornatus orationis valet. Quare quis ex populo quũ: Qu. Scæuolam pro. M. Coconio dicentem audiſſet in ea cauſa (de qua ante dixi) quicquam politius. aut elegantius. aut omnino melius. aut expectaret. aut poſſe fieri putaret. Quũ is hoc probare vellet. M. Curium quũ ita beres inſtitutus eſſet. ſi pupillus ante mortuus eſſet quam in ſuam tutelam veniſſet pupillo non nato beredem eſſe non poſſe. Quid ille non dixit de teſtamentorum iure de antiqs formulis. quemadmodum ſcribi oportuiſſet. ſi etiam filio non nato beres inſtitueretur. Quam captioſum eſſe populo quod ſcriptum eſſet negligi. & opinione quæri volũtates. & interpretatione diſertorum. ſcripta ſimplicium hominum peruertere. quam ille multa de auctoritate patris ſui. qui ſemper ius illud eſſe defenderat. quam omnino multa de iure ciuili. q̃ quidem omnia cũ perite & ſcienter. tum ita breuiter & ꝓpſe & ſatis ornate. & perelegãter diceret. quis eſſet in populo. qui aut expectaret. aut fieri poſſe quicquã melius putaret. Atuero vt cõtra Craſſus ab adoleſcẽte delicato. qui i littore ãbulans ſcalmũ reperiſſet. ob eãq̃ rẽ ædificare nauem cõcupiuiſſet exorſus ẽ ſimiliter Scæuolam ex vno ſcalmo captionis. centũuirale iudiciũ hereditatis effeciſſe. hoc in illo initio cõſecutis multis eiuſdem generis ſentẽtiis delectauit: aioſq̃ olim qui aderant in hilaritatẽ a ſeueritate traduxit. qd̃ eſt vnum ex tribus q̃ dixi. ab oratore effici debere. deinde hoc voluiſſe eũ qui teſtamẽtũ feciſet hoc ſenſiſſe. quo mo filius non eſſet qui in ſuã tutelã veniſſet ſiue non natus ſiue ante mortuus Curius hæres vt

esset.ita scribere plerosq; & id valere.& valuisse semper.hæc & multa eiusmodi dicens fidem facie-
bat.quod est ex tribus oratoris officiis .alteq; deinde æquũ bonum testamentoq; sententias volũta-
tesq; tutatus est.quanta esset in verbis captio quũ in cæteris rebus.tum in testamentis.si negligeren
tur voluntates.quantam sibi potẽtiam scæuola assumeret.si nemo auderet testamentũ facere postea
nisi de illius sententia.hæc quũ grauiter tum ab exemplis copiose.tum varie.tum etiã ridicule & fa-
cile explicans.eam admirationem.assensionemq; cõmouit.dixisse vt cõtra nemo videretur. hoc erat
oratoris officium partitione.terciũ genere maximũ.hic ille de populo iudex qui sepatim alterum ad
miratus esset idem audito altero iudicium suum contemneret. Atuero intelligens & doctus audiẽs
scæuolam sentiret esset quoddam vberius dicendi genus.& ornatius.ab vtroq; autem causa perora-
ta si q̃retur vter præstaret orator.nunquã profecto sapientis iudiciũ a iudicio vulgi discreparet.Qui
præstat igitur intelligens imperito magna re a difficili.siquidem magnũ est scire quibus rebus effici-
atur.amittaturue dicendo illud quicquid est.quod aut effici dicendo oportet.aut amitti non oportet.
Præstat etiam illo doctus auditor indocto quod sæpe quũ oratores duo aut plures populi iudicio p
bant̃.quod dicendi genus optimũ sit intelligit.Nam illud quod populo non ꝓbatur.ne intelligenti
quidem auditori probari potest. Vt em̃ ex neruoq; sono in fidibus q̃ sciẽter ei pulsi sunt intelligi so-
let.sic ex animoq; motu cernitur.quid tractandis his pficiat orator.Itaq; intelligẽs dicendi existima
tor non assidens.& attente audiens sed vno aspectu & ꝑteriens de oratore sæpe iudicat. Videt osci-
tnatem indicem loquentẽ cum altero.nonunquã etiam circulantem mittentẽ ad boras q̃sitorem. vt
dimittat rogantem.intelligit oratorem in ea causa nõ adesse qui possit animis iudicũ admouere ora-
tionem.tanquã fidibus manũ.Idem si ꝑteriens aspexerit.erectos intuentes iudices.vt aut doceri de
re.idq; etiam vultu ꝓbare videant̃.aut vt auem cantu aliquo.sic illos viderit oratione quasi suspen-
sos teneri.aut id quod maxime opus est misericordia.odio.motu animi aliquo perturbatos esse ve-
hementius.ea si ꝑteriens (vt dixi) aspexerit.si nihil audierit. tamen oratorem versari in illo iudicio.
& opus oratoriũ fieri.aut pfectum iam esse.ꝓfecto intelliget. Quũ hæc deseruissem vterq; assensus
est.& ego tanq; de integro ordinãs:Quãdo igit̃ inquã a Cotta & Sulpitio hæc omnis fluxit oratio.
quũ bos maxime iudicio illoq; hominũ.& illius ætatis dixissem ꝓbatos reuertar ad eosdẽ tum re-
liquos.vt institui deinceps psequar.Quoniã ergo oratoq; bonoq; (bos em̃ q̃rimus) duo genera sunt
Vnũ attenuate ꝑsecq;.Alterum sublate.ampleq; dicentiũ.& si id melius est quod splendidius.& ma
gnificentius.tamen in bonis omnia quæ summa sunt.iure laudant̃.sed cauenda est presso illi oratori
inopia.& ieiunitas:Amplo autem inflatum.& corruptum orationis genus. Inueniebat igitur acute
Cotta dicebat pure.ac solute.& vt ad infirmitatem laterum pscienter contentionẽ omnẽ remiserat.
sic ad viriũ imbecillitatem dicendi accomodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi sinceq; nihil
nisi siccum.atq; sanum.illudq; maximũ qd quũ contentione orationis flectere animos iudicum vix
posset.nec omnino eo genere dicet̃ tractando tamen impellebat vt idem faceret a se commoti.quod
a Sulpitio concitati.Fuit em̃ Sulpitius vel maxime quos qdem ego audiuerim grandis.& vt ita dicã
Tragicus orator. Vox quũ magna.tum suauis & splendida.gestus & motus corporis ita venustus.
vt tamen ad forum nõ ad scenam institutus videret̃.Incitata & volubilis.nec ea redũdans. tamẽ nec
circũfluens oratio.Crassum hic volebat imitari.Cotta malebat antoniũ. sed ad hoc vis aberat anto-
nii Crassi ab illo lapos.O magnã inqt artem brutus.siquid istis quũ summi essent oratores duæ res
maxime altera alteri defuit atq; in his oratoribus illud animaduertendũ posse esse summos. qui iter
se sunt dissimiles.Nihil em̃ tam dissimile quã Cotta Sulpitio & vterq; equalibus suis plurimũ pre-
stitit.Quare hoc doctoris intelligentis est videre quo ferat natura sua quẽq;. & ea duce vtentẽ sic in-
stituere:vt Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi.& leuissimo ephori dixisse traditũ est. alteri
se calcaria adhibere.alteri frenos. Sulpitii orones q̃ ferũtur.eas post mortem eius scripsisse.P. Canu
tius putatur equalis meus.homo extra nostrũ ordinem.o meo iudicio disertissimus. Ipsius Sulpitii
nulla oratio est.sepeq; ex eo audiui.quũ se scribere neq; consueuisse.neq; posse diceret. Cotte pro se
lege varria que inscribitur eam.L.aelius scripsit Cotte rogatu. Fuit is omino vir egregius. & eques
romanus.cum primis bonestus. idemq; eruditissimus, & grecis liis & latinis antiqtatisq; nre. & in
inuentis rebus.& in actis scriptoq; veterum litterate penitus quam scientiam varro noster acceptam
ab illo.auctamq; per se.vir ingenio prestans.omniq; doctrina.pluribus & illustrioribus litteris ex-
plicauit.sed idem Aelius stoycus voluit.orator autem.nec studuit vnq̃.nec fuit.scribebat tñ oones
quas alii diceret̃:vt Qu.Metello.F.vt Qu.Cæpione.vt Qu. Pompeio Ruffo.quãq̃ is etiam ipe scri
psit eas.quibus pro se est vsus sed non sine aelio. His em̃ scriptis etiam ipe interfui quũ essem apud
aelium adolescens.eumq; audire perstudiose solerem.Cottam autem miror summũ ipm oratore.mi
nimeq; ineptũ Aelianas leuis oratiunculas voluisse existimari suas. His duobus eiusdem etatis an-
numerabatur nemo tercius sed mihi placebat Pomponius maxime vel dicam minime displicebat.
locus erat omnino in maximis causis ꝑter eos (de quibus supra dixi) nemini ꝓpterea quod Anto-
nius qui maxime expetebat̃ facilis in causis recipiendis erat.fastidiosior Crassus sed tamen recipie-
bat.horum qui neutrum habebat confugiebat ad philippum fere.aut ad cesarem.cotta Sulpitius ex
petebantur.ita ab iis sex patronis cause illustres agebantur.neq; tam multa q̃ nostra etate iudicia fie-
bant.neq; hoc quidem nũc fit.vt cause singule defenderentur a pluribus quo nihil est vitiosius. Re-
spondemus iis quos non audiuimus in quo primũ sepe aliter ẽ dictũ. aliter ad nos relatum. deinde

magni interest coram videre me quemadmodum aduersarius de quaq; re asseueret. maxime autem quemadmodum queq; res audiatur. sed nihil vitiosius. q̄ quū vnum corpus debeat esse defensiois nasci de integro causam quū sit ab altero perorata. Omniū enim causarū. vnum ē naturale principiū vna peroratio. reliquæ ptes. quasi membra suo queq; loco notata suam vim & dignitatē tenēt. Quū autem difficile sit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere. vt sibi ipe non conueniat. quā- to difficilius cauere nequid dicas quod non conueniat eius orationi. qui ante te dixerit. sed qa & la- bor multo maior ē totam causam q̄ partem dicere. Et quia plures ineūtur gratiæ si vno tempore di- cas pro pluribus. iccirco hanc consuetudinem libenter asciuimus. Erant tamen quibus videretur il- lius ætatis tercius Curio. quia splendidioribus fortasse verbis vtebatur. & quia latine non pessime loquebatur. vso credo aliquo domestico. nam litterarum admodum nihil sciebat. sed magni interest. quos quisq; audiat quotidie domi. quibus cum loquatur a puero. quemadmodū patres pedagogi matres etiam loquātur. Legimus epistolas cornelie matris Gracchoꝝ. apparet filios non tam i gre- mio educatos. q̄ in sermone matris. Auditus est nobis læliæ. C. filiæ sæpe sermo. Ergo illā pīs elegā tia tinctam vidimus & filias eius mutias ambas quarū sermo mihi fuit notus & neptes licinias. qs nos quidem ambas. hanc vero Scipionis etiam tu Brute credo aliquando audisti loquētem. Ego ve ro ac lubenter inquit brutus. & eo lubentius q. L. Crassi erat filia. Quid Crassum inq̄ illum censes istius liciniæ filium Crassi tastamento qui fuit adoptatus? summo iste quidem dicitur ingenio fuisse inquit. Et vero hic Scipio collega meus. mihi sane bene & loqui videtur. & dicere. Recte inquam iu- dicas brute. Etenim istius generis est ex ipius sapientiæ stirpe generat. Nam & de duobus auis iam diximus. Scipione & Crasso. & de tribus pauis. Qu. Metello. cuius quatuor filii. P. Scipione qui ex dominatu Ti. Gracchi priuatus in libertatem. r. p. vindicauit. Qu. Scæuola augure. qui peritissimus iuris idemq; percomis ē habitus. Jam duoꝝ abauoꝝ quam ē illustre nomē. P. Scipionis qui bis con sul fuit. qui ē. Corculū dictus. alterius omniū sapientissimi. C. Lælii. O generosam inquit stirpē & tā- quam in vnam arborem plura genera. sic in istam domū multorum insitam. atq; illuminatam sapien tiam. Similiter igitē suspicor vt conferam parua magnis. Curionis. & si pupillus relictus ē. patrio fu- isse instituto puro sermone assuefactam domū & eo magis bociudico q. neminem ex iis quidem q aliquo in numero fuerunt. cognoui in omni genere honestarum artium tam indoctum. tam rudem: nullum ille poetam nouerat. nullum legerat oratorem nullam memoriam antiquitatis collegerat. nō publicū ius. non priuatum & ciuile cognouerat. q̄q̄ id quidem fuit etiam in aliis & magnis quidem oratoribus. quos parum bis instructos artibus vidimus. vt Sulpitiū. & antoniū. Sed ei tame vnum illud habebant dicendi opus elaboratum. idq; quū constaret ex quinq; notissimis partibus. nemo in aliqua parte eaꝝ. omnino nihil poterit. In quacūq; ēm vna plane claudicaret orator esse non posset. sed tamen alius in alia excedebat. magis reperiebat quid dici opus esset. & quomō ꝑparare & quo lo co locari. memoriaq; ea cōprehendebat. Antonius autem excellebat actione. erant ei q̄dam. & bis pa ria cum Crasso. quædam ea etiam superiora. At Crassi magis enitebat oratio nec vero Sulpitio. neq; Cotte dicere possumus. neq; cuiq; bono oratori rem vllam ex illis quinq; partibus plane atq; oīno defuisse. Itaq; in Curione hoc verissime iudicari potest. nulla re vna magis oratorem commendari. quam verborum splendore. & copia: Nam quū tardus in cogitādo. tū in instruendo dissipatus fuit. Reliqua duo sunt. agere. & meminisse in vtroq; Caebinno irridētiū cōmouebat. Motus erat is. quē &. C Lulius in ꝑpetuum notauit: quū ex eo in vtranq; partem toto corpe vacillante quæsiuit. qs lo- quereē e lintre? &. Cn. Sicinius homo impurus. sed admodum ridiculus. neq; aliud in eo oratoris si mile q̄q̄. is quū tr. plæ. Curionē & octauiū cōs. ꝑduxisset. Curioq; mlta dixisset sedēte. Cn. octauio collega. q deuinctus erat fasciis. & multis medicamētis ꝑpter dolorē artuū delibutus. nūquā inquit octauio collegæ tuo gras referes? q nisi se suo more iactauisset hodie te istic muscæ comedissent. Me moria aūt ita fuit nulla. vt aliquoties tria quū ꝑposuisset. aut quartū adderet. aut terciū q̄reret qui in iudicio priuato vl' maximo. quū ego ꝑ Ticinia cotte porauissem: ille cōtra me ꝑ Seruio Neuio dice ret. subito totā cām oblitus ē. idq; veneficiis. & cātionibus Ticinie factū esse dicebat. Magna hæc i- memoris ingenii signa. sed nihil turpius: quā qd etiā i scriptis obliuiscebaē. qd pauloante posuisset. vt in eo libro vōi se exeūtem a senatu. & cū pansa nro. & cū Curinoe filio colloq̄ntem facit. quū sena tum Cesar cons. habuisset. oīq; ille sermo ductus ē pcontatione filii. qd in senatu esset actū. In quo multis verbis quū inueberēt in Cesarē curio. disputatioq; esset inter eos: vt est consuetudo dialogo rum. quū sermo esset institutus senatu misso. quem senatum Cesar cons. habuisset. reprehendit eās res. quas idem Cesar anno post. & deinceps reliquis annis administrauisset in Gallia. tum brutus ad mirans. tantam ne fuisse obliuionem. inquit in scripto presertim vt ne legens qdemvnq; senserit q̄n tum flagitii cōmisisset. Quid aūt inquā brute stultius. q̄ si ea vitupare volebat. que vitupauit. nō eo tempe instituere sermonem. quū illarum rerum iam tempora preteriissent. Sed ita totus errat. vt i eo- dem sermone dicat in senatu se cesare consule non accedere. sed id dicat ipo cons. esiens e senatu. Jā qui hac parte animi. que custos est ceterarum ingenii partium tam debilis esset. vt ne in scripto qui- dem meminisset. qd pauloante posuisset. huic minime miru est. ex tēpore dicenti solitam effluere mē tem. Itaq; quū ei nec officium deesset. & flagraret studio dicēdi ppauce ad eum causæ deferebantur: Orator aūt viuis equalibus eius proximis optimis nūerabaē. ꝑpter verborū bonitatē (vt añ dixi) & expeditā. ac profluentē quodammodo celeritatē. Itaq; eius orationes aspiciendas tamen censeo:

ſunt ille quidem laguidiores. verumtamen poſſunt augere. & quaſi alere id bonum. quod in illo me diocriter fuiſſe concedimus. quod habet tantam vim. vt ſolum ſine aliis in Curione ſpeciem oratoris alicuius effecerit. Sed ad inſtituta redeamus. In eodem igitur numero eiuſdem ætatis. C. Carbonis alicuius effecerit. Sed ad inſtituta redeamus. In eodem igitur numero eiuſdem ætatis. C. Carbo fuit illius eloquentiſſimi viri filius. non ſatis acutus orator. ſed tamē orator numeratus eſt. Erat in verbis grauitas & facile dicebat. & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Acutior. Qu. Varrius rebus inueniēdis. minus nec verbis expeditus. fortis vero actor & vehemēs. & verbis nec inops. nec abiectus. & quem plane oratorem dicere auderes. Cn. Pomponius lateribus pugnās. incitans animos. acer acribus criminoſus. multū ab iis aberat. L. Fuſius tamen ex accuſatione. M. Aquilii diligentiæ fructum cæperat. Nam. M. Druſum tuū magnum auūculum grauem oratorem ita dū taxat quū de rep. diceret. L. autem Luculū etiam acutum. patremq; tuū brute. iuris quoq; & publici & priuati ſane peritum. M. Lucullum. M. Octauiū. Cn. filios. qui tm̄ auctoritate dicendoq; valuit. vt legem ſemproniā frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogauerit. Cn. Octauiū. M. Fuſium M. Catonē p̄rem. Qu. etiam catullum filiū abducamus ex acie. i. a iudiciis & in p̄ſidiis. r. p. cui facilie ſatisfacere poſſint collocemus. Eodem. Qu. cepionem referrē. niſi nimis equeſtri ordini deditus a ſe conatu diſſediſſet. Cn. carbonē. M. Mariū. & ex eodem genere cōpluris minime dignos. elegantis cōuentus auribus aptiſſimos cognoui. turbulentis contionibus quo in genere vt in iis pturbem ætatum ordinem. nup. L. Quintius fuit aptior. etiam Palicanus auribus imperitor̄. Et qm̄ huius generis facta mentioneſcit. ſeditioſor̄ omniū poſt Gracchos. L. Appuleius ſaturnius eloq̄ntiſſimus viſus eſt. magis ipe tamē & motu. atq; ipo amictu capiebat homines. qui aut dicendi copia. aut mediocrita te prudentiæ. Longe autem poſt natos homines improbiſſimus. C. Seruilius glaucia. ſed pacutus. & callidus cum primiſq; ridiculus. ridiculus is ex ſummis. & fortunæ. & vitæ ſordibus. in ptura cōſ. factus eſſet. ſi ratōnem eius habere licere iudicatū eſſet. Nam & plebem tenebat & æqueſtrem ordinem beneficio legis deuinxerat. Is prætor eodem die quo ſaturnius tri. plæ. Mario: & Flacco conſ. publice ē iuterfectus. homo ſimillimus atheniēſis hyperboli. cuius improbitatē veteres atticorum comediæ notauerūt. quos ſex Titius cōſecutus. homo loquax ſane & ſatis acutus. ſed tam ſolutus & mollis in geſtu. vt ſaltatio quædam naſceretē. cuiſ ſaltationi Titius nomen eſſet. Ita cauendū eſt ne quid in agendo. dicendoue facias. cuius imitatio rideatur. Sed ad paulo ſuperiorē ætatem reuecti ſumus. nūc ad eam de qua aliquātum locuti ſumus reuertamur. Coiunctus igit̄ Sulpitii ætati. p. Antiſtius fuit rabula ſane ꝓbabilis: qui multos quū tacuiſſet annos. neq; conteni ſolū. ſed irrideri etiam ſolitus eſſet. in tribunatu primū contra. C. Iullii illā conſulatus petitōnē extraordinariam veram cauſam agens ē probatus. & eo magis q̄ eandem cauſam quū ageret. eius collega ille ipe Sulpitius. hic plura & acutiora dicebat. Itaq; poſt tribunatum primo multæ ad eum cauſe. deinde oēs maxime q̄ cunq; erāt deferebātur. Rem videbat acute. cōponebat diligenter. memoria valebat. Verbis non ille quidem ornatis vtebat̄ ſed tm̄ non abiectis. Expedita aūt erat. & ꝓfacile currens oratio. & erat eius q dem tanq; habitus nō inurbanus. Actio paulo quū vicio vocis. tū etiā ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit bis qbus inter ꝓfectionē reditumq; L. Syllæ ſine iure fuit. & ſine vlla dignitate reſp. Hoc etiā autē magis ꝓbabat̄. q̄ erat ab oratoribus q̄dam in foro ſolitudo. Sulpitius occiderat. Cota aberat & Curio viuebat. e reliquis patronis eius etatis nemo p̄ter catbonē & pomponiū quorum vtrūq; facile ſupabat. Inferioris autem etatis erat ꝓximus. L. Syſenna doctus vir & ſtudiis optimis deditus bene latine loquens. gnarus reip. nō ſine facetiis ſed neq; laboris multi. nec ſatis verſatus in cauſis. interiectuſq; inter duas etates Hortenſii & Sulpitii. nec maioris conſequi poterat. & minori neceſſe erat cedere. Huius oīs facultas ex hiſtoria ipius pſpici poteſt. q̄ quum facile omnes vincat ſuperiores: tum indicat. tamen quātum abſit a ſummo. q̄q; genus hoc ſcriptionis nondum ſit ſatis latinis litteris illuſtratum: nāq; Hortenſi admodum adoleſcētis ingenium. vt Phidie ſignum ſimul aſpectum. & ꝓbatum eſt. Is. L. craſſo Qu. Sceuola coſ. primum in foro dixit. & apud hoſipos qdem cōſules. & qum eor̄ qui auferunt. tum ipſor̄ conſulum. q oīs intelligentia anteibant. iudico diſceſſit ꝓbatus. Vñ. xx. annos natus erat eo tpe. Eſt. autē. L. Paulo. C. Marcello. conſ. mortuus exquo videmus eum in p̄ſonor̄ numero annos quatuor &. xl. fuiſſe hoc de oratore paulo poſt plura dicem̄. Hoc autem loco volumus ætatem in diſparē oratorū etatē includere. quāq; id quidem omnibus vſu venire neceſſe fuit. quibus paulo lōgior vita cōtigit. vt & qum multo maioribus natu quā eſſent ipſi & cum aliquāto minoribus cōpararentē. vt Accius iiſdem edibus. ait ſe & Pacuuium docuiſſe fabulā. qua ille. xxx. ipe. xxx. annos natus eſſet. Sic Hortenſius nō cum ſuis eq̄libus ſolum ſed & mea cum etate. & cū tua brute. & qum aliq̄nto ſupiore cōiungitur. Siqdem & craſſo viuo dicere ſolebat. & magis iam etiam vigebat. Antonio & cum philippo iam ſene ꝓ Cn. pompei bonis dicente. in illa cauſa adoleſcēs qum eſſet. princeps fuit. & in eor̄ quos ini Sulpitii etate poſui numer̄ facile peruenerat. & ſuos inter equales. M. Piſonē. M. Craſſum. Cn. lentulum. P. Lētulum ſurrā longe p̄ſtitit. & me adoleſcētem nactus octo annis. minorē q̄ erat ipe multos annos in ſtudio eiuſdē laudis exercuit. & tecū ſimul. ſicut ego ꝓ multis. ſic ille ꝓ appio Claudio dixit: pauloante mortē. Vides igit̄ vt ad te oratorē brute peruenerimus. tam multis inter noſtror̄ tuumq; initium dicēdi interpoſitis oratoribus. ex quibus quoniam in hoc ſermone noſtro ſtatui nemiuē eorum q̄ viuerent nominare. ne nos Curio ſuis eligeretis ex me quid de quoq; iudicarē. eos q iam ſunt mortui nominabo. Tum Brutus. Non ē inquit iſta cauſa. quam dicis: quamobrem de iis qui viuunt niibi velis dicere. Quenam igitur inquam

est: vereri te inquit arbitror: ne p nos hic sermo tuus emanet: & ii tibi succenseant quos p̄terieris. Quid vos inquam tacere nō poteritis? Nos quidem inquit facillime: sed tamen te arbitror malle idipsum tacere quam taciturnitatem nostram experiri. Tum ego: vere inquam tibi Brute dicam: nō me existimaui in hoc sermone vsq; ad hanc ætatem esse venturum: sed ita traxit ordo ætatum orationem: vt iam ad minoris etiam puenerim. Interpone igit̄ inquit: si quos vidē: deinde redeamus ad te & ad Hortensium: de me alii dicent si qui volent. Minime vero inquit: nam & si me facile omni tuo sermone tenuisti tñ is mibi longior videtur: quod ꝓpero audire de te: nec vero de tam de virtutibus dicendi tuis: quæ quū omnibus: tum certe mihi notissime sunt: quam q̄ gradus tuos & quasi ꝓcessus dicendi studio cognoscere. Gerē inquam tibi mos: q̄m me nō ingenii p̄dicatorem esse vis sed laboris mei. Verum interponam vt placet alios: & a. M. Crasso qui fuit æqualis Hortensii exordiar. Is igitur mediocriter a doctrina instructus: angustius etiam a natura: labore & industria: & quod adhibebat ad obtinendas causas: curam etiā & gratiam in principibus patronis aliquot annos fuit. In huius oratione sermo latinus erat verba non abiecta. res composite diligenter: nullus flos tamen neq; lumen vllum: animi magna vocis parua cōtentio: omnia ferē vt similiter atq; vno modo dicerentur. Nam huius equalis & inimicus. C. Fimbria nō ita diu iactare se potuit: qui omnia magna voce dicens: verborū sane bonorum: cursu quodam incitato iaciebat tamen: vt mirarere tam alias res agere populum: vt esset insano inter disertos locus. Cn. autem Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat quam quāta in eo facultas erat: qui quū esset nec pacutus: q̄q̄ & ex facie & ex vultu videbatur: nec abundans verbis: & si fallebat in eo ipso: sic interuallis exclamationibus: voce suam & canora: admirando irridebat: calebat in agendo: vt ea quæ deerant nō desiderarentur. Ita tanq̄ curio: copia nōnulla verborum nullo alio bono tenuit oratorum locū sic Lentulus cæterarū virtutū dicēdi mediocritatē actōe occultauit inquā excellēs fuit. Nec multo secus P. Lentulus: cuius & excogitandi & loquendi tarditatē tegebat fortune dignitas: corporis motus plenus & artis: & venustatis vocis & suauitas & magnitudo: sic in hoc nihil præter actionem fuit. Cætera etiam minora q̄ in superiore. M. Piso quicquid habuit: habuit ex disciplina: maximeq; ex oīibus qui ante fuerunt: græcis doctrinis eruditus fuit. Habuit a natura genus quoddam acuminis quod etiam arte limauerat: qd̄ erat in reꝑhendendis verbis versutū & solers: sed sæpe stomachosum: nonnunq̄ frigidum: interdum etiam facetum. Is laborem quasi cursum forensem diutius nō tulit: q̄ & corpore erat infirmo & hominū ineptias ac stultitias quæ deuorandæ nobis sunt nō ferebat: iracundiusq; respuebat: sic ut morose vt putabatur: siue ingenio liberoq; fastidio. Is quum satis floruisset adolescens: minor habitus est cœptus postea: deinde ex virginum iudicio magnam laudem est adeptus: & eo tempore quasi revocatus incursum tenuit locum tamdiu q̄ ferre potuit laborem postea quantum detraxit & studio: tantum amisit ex gloria. P. Murena mediocri ingenio: sed magno studio rerum veterum litterarum & studiosus & nō imperitus: multæ industrie & magni laboris fuit. C. Censorinus græcis litteris satis doctꝰ quod proposuerat explicans expedite: non inuenustus actor sed iners & inimicus fori. L. Turius pari ingenio: sed multo labore quoquo modo poterat: sæpe dicebat. Itaq; & pauce centurie ad consulatū defuerunt. Cancer auctoritate semper eguit: sed fuit patronus prope modum diligentissimus huius situ vita. si mores: si vultus deniq; non omnem commendationem ingenii euerteret: maius nomen in patronis fuisset non erat abundans nō inops tamen non valde nitens non plane borrida oratio: vox: gestus: & omnis actio sine lepore. at inueniendis: componendisq; rebus mira accuratio. vt facile in vllo diligentiorem maioremq; cognouerim: sed eam vt citius veteratoriam quam oratoriam diceres. hic & si etiam in publicis causis probabatur. tamē in priuatis illustriorem obtinebat locum. C. deinde piso stataríus: & sermonis plenus orator. minime ille quidem tardus in excogitando. verumtamen vultu & simulatione multo etiam acutior quam erat videbatur. Nam eius æqualem. M. Glabriorem bene institututum Scæuole autem diligentia socors ipsius natura: negligensq; tardauerat. Etiam. L. Torquatus elegās in dicēdo: in existimanndo admodum prudens. toto genere perurbanus. Meus autem æqualis. Cn. Pompeius vir ad omnia summa natus: maiorem dicendi gloriam habuisset: nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset: erat oratione satis amplus: rem prudenter videbat. Actio vero eius habebat & invoce magnum splendorem: & in motu summam dignitatem. Noster item equalis. D. Syllanus victricus tuus studii ille quidem habuit non multum: sed acuminis & orationis satis. Q u. Pompeius. A. F. qui Bithynicus dictus est biennio quam nos fortasse maior summo studio dicēdi: multaq; doctrina incredibili labore atq; industria: quod scire possum. Fuit em̄ mecum & cum. M. Pisone: quū amicicia tum studiis: exercitationibusq; coniunctus: huius actio nō satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ: in illa autem leporis parum. Erat eius æqualis. P. Antronius voce pacuta atq; magna: nec alia re vlla ꝓbabilis. Et. L. Octauius reatinus: qui quū multas iam causas diceret adolescens est mortuus. is tñ ad dicendum veniebat magis audacter quam parate: &. C. Stasenus qui seipse adoptauerat: & de Staieno Elium fecerat: feruido quodā & petulanti & furioso genere dicendi: quod quia multis gratū erat: & probabatur: ascendisset ad honores nisi in facinore manifesto depræbēsus pœnas legibus: & iudicio dedisset. Eodem tempore. C. L. Cæpasii fratres fuerunt: qui multa opera ignoti homines & repentini quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam & incondito genere dicendi. Addamus huc etiam nequem vocalem p̄terisse videamur. C. Cosconium calidanum: qui nullo acumine eam tamen verborū copiam si quam habebat præbebat populo cum multa concursatione magnoq; clamore: quod idem fa-

ciebat Q u. Arrius qui fuit. M. Crassi quasi secundarum. Is omnibus exemplo debet esse quantum in hac vrbe polleat: multorum obedire tempori: multorumq; vel bonori vl' periculo seruire. His em̃ rebus infimo loco natus: & honores & pecuniam & gratiam cõsecutus: etiam in datronorum sine doctrina si ne ingenio aliquem in numerum peruenerat: sed vt pugiles inexercitati etiã si pugnos & plagas olym piorum cupidi ferre possunt: solem tamen sæpe ferre no possunt: sic ille quum omni iam fortuna ꝑpe re functus labores etiam magnos excæpisset: illius iudicialis anni seueritatem quasi solẽ nõ tulit. Tum Atticus. Tu quidem de fece inquit bauris: idq; iam dudum: sed tacebam hoc vero nõ putabam te vsq; ad Staienos & Antronios esse venturũ. Non puto inquam existimare te ambitiõe me labi: quippe de mortuis: sed ordinem sequens in memoriam notam & æqualem necessario incurro. Volo autem hoc ꝑ spici omnibus cõquisitis: qui in multitudine dicere ausi sint: memoria quidem indignos ppaucos. Ve rum qui omnino nomen habuerint: nõ ita multos fuisse: sed ad sermonem institutũ reuertamur. T. Tor quatus. T. filius & doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis & a natura ad dicendum satis solutus at q; expeditus: cui si vita suppeditauisset sublato ambitu cõsul factus esset: plus facultatis habuit ad dicẽ dum q̃ voluntatis. Itaq; studio huic nõ satisfecit: officio vero nec in suorum necessariorum causis: nec in sententia senatoria defuit. Etiam. M. Pontidius municeps noster: multas priuatas causas actitauit: celeri ter sane verba voluens nec bebes in causis: vel dicam plus etiam q̃ nõ bebes: sed exferuescens in dicẽdo stomacho sæpe iracundiaq; vehementius vt nõ cum aduersario solum sed etiam quod mirabile est et cũ iudice ipso cuius delinitior esse debet orator: iurgio sæpe contenderet. M. Messala minor natu quã nos nullo modo inops: sed nõ nimis ornatus genere verborum: prudens acutus: minime incautus: patron⁹ in causis cognoscendis cõponẽdisq; diliges magni laboris: multæ opere: acumularũq; causarũ. Duo etiã am Metelli Celer. & nepos nihil in causis versati: nec sine ingenio: nec indocti: hoc erant popularе dicen di genus assecuti. C. autem Lentulus Marcellinus nec vnq̃ indisertus. & in cõsulatu peloquens visus ẽ nõ tardus sententiis: nõ inops verbis: voce canora: facetus satis. C: Mẽmius. L. filius perfectus litteris: sed græcis fastidiosus: sane latinarum argutus orator. verbisq; dulcis: sed fugiens non modo dicendi: ve rumetiam cogitandi laborem: tm̃ sibi de facultate detraxit: quãtum imminuit industriæ. Hoc loco bru tus: quam vellem inquit etiã de his oratoribus qui hodie sunt: tibi dicere luberet & si de aliis minus de duobus tm̃ quos a te scio laudari solere: Cæsare & Marcello: audirem nõ minus lubẽter quam audiui de his qui fuerunt. Cur tandẽ inquã: an expectas quid ego iudicem de istis: qui tibi sunt æque: ac noti mi bi: Mihi mehercule inquit Marcellus est notus. Cæsar autem parum: illum em̃ sæpe audiui: hic quũ ego iudicare iam aliquid possem affuit. Quid igit̃ de illo iudicas quem sæpe audisti: quid censes inquit: ni si id quod habiturus es similem tui: Næ ego inquam si ita est velim tibi eum placare quam maxime. At q; & ita est inquit & vehemẽter placet nec vero sine causa: nam & didicit: & omissis cæteris studiis vnũ id egit: sesq; quotidianis cõmendationibus accerrime exercuit. Itaq; & lectis vtiẽ verbis & frequenti bus & splendore vocis: dignitate motus fit speciosum & illustre quod dicit̃. Omniaq; sic suppetuntvt ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximeq; laudãdus est qui hoc tempore ipso quũ liceat in cõmuni nostro: & quasi fatali malo cõsoleẽ se: quũ cõscientia optime mentis: tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Vidi em̃ Mitylenis nup virum: atq; (vt dixi) vidi plane virum. Itaq; quum eum antea tui similẽ in dicendo viderim: tum vero nunc a doctissimo viro: tibiq; vt intellexi amicissimo Cra tipo instructum omni copia: multo videbam similiorem. Hic ego & si inquã de optimi viri nobisq; ami cissimi laudibus lubenter audio: tm̃ incurro in memoriam cõmuniũ miseriarum: quarũ obliuionem que rens hunc ipm̃ sermonem ꝑduxi longius. Sed de cæsare cupio audire: quid tandem atticus iudicet: Et ille: ꝑclare inquit tibi cõstat vt de his qui nunc sint nihil velis ipse dicere: & berde si sic ageres: vt de his egisti qui iam mortui sunt neminem vt ptermitteres: næ tu in multos Antronios & staienos incurreres Quare siue hãc turbã effugere voluisti: siue verit⁹ ne qs se aut ꝑteritũ aut nõ satis laudatũ q̃ri possit: de Cæsare tm̃ potuisti dicere ꝑsertim cũ & tuũ de illi⁹ ingenio notissimũ iudiciũ eẽt ne illi⁹ de tuo obscurũ. Sed tm̃ Brute inqt Atticus de Cæsare & ipse ita iudico: & de hoc hui⁹ generis acerrimo existimatore sæ pissime audio illũ oim fere oratoꝝ latine loq elegãtissime: nec id solũ domestica cõsuetudie: vt dudũ de Læliorũ & Mutiorũ familiis audiebamus: sed q̃: ꝝ id quoq; credo fuisse tm̃ vt esset pfecta illa bene loq̃n di laus multis litteris: & iis quidem recõditis & exquisitis: summoq; studio & diligẽtia est consecutus quin etiam in maximis occupationibus ad teipsum inquit in me intuens de rõne latine loquendi accu ratissime scripserit: & primo quæ in libro dixerit verborum dilectum originem esse eloquentiæ: tribue ritq; mi Brute huic nostro qui me de illo maluit q̃s se dicere laudem singularem. Nam scripsit bis ver bis quum hunc nomine esset affatus: ac si cogitata ꝑclare eloqui possent: nõnulli studio & vsu elabora uerunt: cuius te pœne principem copiæ atq; inuentorem bene de nomine: ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus: hunc facile & quotidianum nouisse sermonem: nunc ꝑ relicto est ha bendum. Tum Brutus: Amice hercule inquit: & magnifice te laudatum puto: quem non solum princi pem atq; inuentorem copiæ dixerit: quæ erat magna laus: sed & bene meritum de. p. r. nomine & digni tate: quo em̃ vno vincebamur a victa græcia: id aut ereptum illis est: aut certe nobis cum illis concitatum Hanc autem inquit gloriam: testimoniumq; cæsaris tuæ quidem supplicationi nõ solum: sed triumphis multorum antepono. & recte quidem inquam Brute: modo sit hoc cæsaris iudicii: non beniuolentiæ te stimonium: plus enim certe attulit huic populo dignitatis quisq; est ille si modo aliquis est: qui non il-

lustrauit modo.sed etiam genuit in hac vrbe dicẽdi copiam q̃ illi qui iigurum castella expugnauerũt ex quibus multi sunt vt scitis triũphi. Verum quidem si audire volumus omissis illis diuinis consiliis quibus sæpe constituta ẽ impatorum sapientia.salus ciuitatis.aut belli.aut domi multo magnus orator prestat minutis impatoribus. At ꝑdest plus impator.quis negat.sed tamen nõ metuo ne mibi acclametis.est autem quod sentias dicendi liber locus.Malim mihi.L.crassi vnam ꝑ.M.Curio dictionem.q̃ castellanos triũphos duos. At plus interfuit reipu.castellum capi ligurũ q̃ bene defendi causam.M.curii.credo.Sed athenienſiũ quoq̃ plus interfuit firma tecta in domiciliis habere.q̃ Mineruæ signũ ex ebore pulcerrimũ.tamẽ ego me pbidiam esse mallem quã vel optimũ fabrũ tignariũ quare non quem quisq̃ ꝑfit.sed quãti quisq̃ sit.ponderandũ ẽ.pſertim qum pauci pingere egregie possint.aut fingere.oparii aũt aut bauli deesse non possunt.Sed perge pomponi de Cæsare.& reddere quæ restant.Solũ quidem inquit ille & quasi fundamentũ oratoris vides elocutionem emendatã & latinam.cuius penes quos laus adbuc fuit.non fuit rõnis aut scientie. sed quasi bone consuetudinis.Mitto.C.Lælium.P.Scipionem.ætatis illius ista fuit laus tanq̃ innocentiæ sic latine loq̃ndi nec omniũ tamen.nam illoꝝ æquales Cælium & Pacuuiũ male locutos videmus.sed oẽs tum fere qui nec extra vrbem banc vixerant.nec eos aliqua barbari indomestica infuscauerat recte loquebat̃. sed banc certe rem deteriorem vetustas fecit. & Romæ & in Græcia.Confluxerũt.n.atbenas. & in banc vrbem multi inquinatæ loq̃ntes ex diuersis locis.quo magis expurgãdus ẽ sermo & adbibẽda quã obtrusa rõ.quæ mutari non potest.nec vtendũ prauissima cõsuetudinis regula. T. Flaminiũ. q cum Qu.Metello cõsul fuit.pueri vidimus. Existimabat̃ bene latine. sed litteras nesciebat. Catullus erat ille quidem minime indoctus.vt a te paulo ẽ antedictum sed tamẽ suauitas vocis & lenis appellatio litteraꝝ beneloquẽdi famã confecerat.Cotta quia se valde dilatandis litteris a similitudine græce locutionis abstraxerat.sonabatq̃ cõtrariũ catullo subagreste qddam planeq̃ subrusticum. Alia quidẽ quasi inculta & siluestri via ad eandem laudem puenerat. Sisenna quasi emendator sermonis vsitati qum esse vellet.ne a caio rusio quidem accusatore deterreri potuit.quo minus inusitatis verbis vteret̃.Quidnam istuc est inquit Brutus.aut quis ẽ iste.C.rusius.& ille.fuit accusator inquit vetus quo accusante cbirtiliũ.Sisenna defendẽs dixit quædam eius sputatilica esse criminatũ. C. rusiũ circũuenior inquit iudices nisi subuenitis.Sisenna qd dicat nescio.metu insidias:sputatilica quid ẽ boc.sputa quid sit scio.tilica nescio.maximi risus.sed ille tñ familiaris meus recte loqui putabat esse inusitate loqui.Cæsar aut rõnem adbibens.cõsuetubinẽ vicioſam & corruptam.pura & incorrupta consuetudine emendat.Itaq̃ qum ad banc elegantiã verboꝝ latinoꝝ. quæ etiam si orator non sis. & sis ingenuus ciuis romanus.tñ necessaria est. Adiũgit illa oratoria ornamenta dicendi.tum videtur tanq̃ tabulas bene pictas collocare in bono lumine.banc qum babeat præcipuam laudẽ in cõunibus nõ video cui debeat cedere.splendidam quandam minimeq̃ veteratoriam rationem dicendi tenet voce motu.forma etiam magnifica & generosa quodammodo. Tum Brutus.Orationes quidem eius mibi vebementer probãtur. Compluris autem legi atq̃ etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum.valde quidem inquam probandos mibi eñ sunt recti & venusti omni ornatu orationis tanq̃ veste detracta.sed dum voluit alios babere parata vnde sumerent qui vellent scribere bystoriã interruit.Nibil eñ est in byostoria pura & illustri breuitate dulcius.sed ad eos si placet qui vita excesse runt reuertamur.C.Sicinius igitur. Qũ.Pompei illius qui censor fuit ex filia nepos q̃storius mortuus est.probabilis orator.iam vero etiam probatus. Ex bac inopi ad ornandum sed ad inueniẽdũ expædita Hærmagoræ disciplina.ea dat rationes certas & præcepta dicendi.quæ si minorem babẽt apparatum.sunt em̃ exilia.tamen babent ordinem.& quasdam errare in dicendo non patientes vias bas ille tenens.& paratus ad causas veniens. verborum non exiens ipa illa comparatione disciplina q̃ dicendi.iam in patronorum numerum peruenerat. Erat etiam vir doctus imprimis.C. Visellius. Varro consobrinus meus.qui fuit cum sicinio ætate coniũctus.is qum post cursulem dignitatem iudex quæstionis esset est mortuus.in quo fateor vulgi iudicium a iudicio meo dissensisse. nam populo non erat satis vendibilis.præceps quædam.& qum iccirco obscura.peracuta. tum rapida & celeritate cæcata oratio.sed neq̃ verbis aptiorem cito alium dixerim.neq̃ sententiis crebriorem.Præterea perfectus in litteris iurisq̃ ciuilis iam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam .Reliqui sunt.q mortui sint.L. Torquatus.quem tu non tamcito rbetorem dixisses.& si non deerat oratio.quam vt græci dicunt politicon.Erant in eo plurimæ litteræ.nec eæ vulgares sed interiores quedam.& recondite diuina memoria.summa verborum & grauitas & elegantia.atq̃ bec omnia vite decorabat grauitas & integritas.me quidem admodum delectabat. etiam Triarii in ille ætate plena litteratæ senectutis oratio.quanta seueritas in vultu quãtum pondus in verbis.quam nibil non consideratum ex ore. Tum Brutus Torquati.& Triari mentione cõmotus.vtrũq̃ em̃ eorũ dilexerat Ne ego inquit vt omittam cetera que sunt innumerabilia de istis duobus qum cogito. doleo nibil perpetuã tuam auctoritatem de pace valuisse nam nec istos excellentes viros.nec multos alios prestãtis ciues. r.p.perdidisset.Sileamus inquam brute de istis.ne augeamus dolorem. nam preteritorum recordatio est acerba.& acerbior expectatio reliquorum.Itaq̃ omittamns lugere.& tantũ quid quisq̃ dicendo potuerit.quoniam id querimus predicemus.Sunt etiam ex bis qui eodem bello occiderunt.M. Bibulus qui & scriptitauit accurate.qum presertim non esset orator & egit multa constãter.Appius

clandius ſocer tuus collega & familiaris meus. bic iam & ſatis ſtudioſus. & valde qum doctus. tum etiam exercitatus orator. & qum auguralis. tum omnis publici iuris antiquitatiſq; noſtræ bene peritus fuit. L. Domitius. nulla ille quidem arte ſed latine tamen. & multa cum libertate dicebat. duo p̄terea lentuli conſulares. quorum publius ille noſtrarum iniuriarum vltor. auctor ſalutis quicqd habuit. quātumcūq; fuit. illud totum habuit e diſciplina. Inſtrumenta nature deerant. ſed tantus animi ſplendor. & tanta magnitudo. vt ſi tibi omnia que clarorum virorum eſſent non dubitaret addiſcere. eaq; omni dignitate obtineret. L. autem lentulus ſatis erat fortis orator. ſi modo orator. ſed cogitandi non ferebat laborem. vox canora. verba non horrida ſane. vt plena eſſet animi & horroris oratio. Quæreres in iudiciis fortaſſe melius in. r. p. quod erat iudicares ſatis. Ne Titus quidē poſtbumus contēnendus in dicendo. de rep. vero non minus vehemēs orator quam bellator fuit. Effrenatus & acer nimis. ſed bene iuris publici leges atq; inſtituta cognouerat. Hoc loco Atticus. Putāre te inquit ambitioſum eſſe ſi (vt dixiſti) ii quos iamdiu colligis viuerēt. Omnis. n. cōmemoras. qui aut ſi aliquando ſunt ſtantes loqui. vt mihi imprudens. M. Seruilium p̄teriſſe videare. Non inquā ego iſtuc ignoro Pomponi multos fuiſſe qui verbū nunquā in publico feciſſent qum melius aliquanto poſſent quā iſti oratores quos. colligo dicere. Sed bis cōmemorandis etiā illud aſſequor. vt intelligatis primū ex omni numero q̄s non multi auſi ſint dicere. deinde ex iis ipſis q̄s pauci fuerit laude digni. Itaq; nec bos quidē equites romanos amicos noſtros. qui nuper mortui ſunt. P. Cominiū ſpogni. Itaq; nec bos quidē equites romanos amicos noſtros. qui nuper mortui ſunt. P. Cominiū ſpoſetinū quo accuſante defendi. C. corneliū. in quo & compoſitū dicendi genus. & acre & expeditum fuit. T. Actium piſaurenſem. cuius accuſationi reſpondi pro. A. Cluentio. qui & accurate dicebat & ſatis copioſe. eratq; p̄terea doctus Hermagore p̄ceptis. quibus & ſi ornamēta nō ſatis opima dicendi. tamen vt baſte velitibus amentate. ſic apta quædam & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta tradūtur. ſtudio autem neminem nec induſtria maiore cognoui. quamq; ne ingenio quidem qui p̄ſtiterit facile dixerim. C. Piſoni genere meo. nullū tempus illi vnq; vacabat. aut a forenſi dictione. aut a cōmentatione domeſtica. aut a ſcribendo aut a cogitando. itaq; tantos proceſſus efficiebat. vt euolare non excurrere videret. Eratq; verbo⁹ & delectus elegans & apta. & quaſi rotunda conſtructio. qumq; argumenta excogitabant ab eo. multa & firma ad p̄bandum. tum concinnæ acutæq; ſententiæ. geſtuſq; natura ita venuſtus vt ars etiam que nō erat & e diſciplina motus quidā videret accedere. Vereor ne amore videar plura quā fuerint in illo dicere. quod non ita eſt. Aſia em̄ de illo maiora dici poſſunt nam nec continentia nec pietate nec vllo genere virtutis quēquā eiusdē ætatis cum illo conferendum puto. Nec vero. M. Cælium p̄tereūdum arbitror. quæcunq; eius in exitu vel fortuna vel mens fuit. qui q̄diu auctoritati meæ patuit. talis tri. plæ. fuit. vt nemo contra ciuē perditos⁹ popularem. turbulentāq; dementiam a ſenatu & a bonos⁹ cauſa ſteterit conſtantius quam eius actionem. multum tamen ſplendida & grandis & eadem imprimis faceta & purbana commendabat oratio. Grāues eius conciones aliquot fuerūt. acres accuſatōes tres ea. quæ omnes & reipu. contentione ſuſcepte defenſiones (& ſi illa erāt in eo meliora quam dixi). non contēnende tamen. ſa neq; tolerabiles. bic qum ſumma voluntate bonos⁹ ædilis curulis factus eſſet. neſcio quo diſceſſu meo diſceſſit a ſeſe. cecidit q; poſtea quam eos imitari cæpit quos ipe peruerterat. Sed de. M. calidio dicamus aliquid. qui non fuit orator vnus e multis. potius inter multos prope ſingularis fuit. Ita reconditas exquiſitaſq; ſententias mollis. & pellucens veſtiebat oratio. nibil tam tenerum quam illius comprebenſio verborum. nibil tam flexibile. nibil quod magis ipius arbitrio fingeretur. vt nullius oratoris æque in poteſtate fuerit. quæ primū ita pura erat vt nibil liquidius. ita libere fluebat vt nuſq; adbereſceret. nullum niſi loco poſitum. & tanq; in vermiculato emblemate (vt ait lucilius) ſtructū verbum videres. nec vero nullum aut durum aut inſolens aut bumile aut in longius ductum ac non propria verba rerum. ſed pleraq; tranſlata. ſic tamen vt ea non irruiſſe in alienū locū. ſed immigraſſe in ſuam diceres. nec vero bæc ſoluta nec diffluentia ſed aſtricta numeris. non aperte nec eodem modo ſemp ſed varie diſſimulanterq; concluſis. Erant autem & verborum & ſententiarum illa lumina quæ vocant græci ſcemata. quibus tanq; inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio qua de re agitur autem illud quod multis locis in iuriſcōſulto tam includitur formulis. & vbi eſſet videbat. Accedebat ordo rerum plenus artis. actio liberalis. totumq; dicendi placidum & ſanum genus. qd ſi eſt optimū ſuauiter dicere. nibil eſt quod melius boc querendum putes. ſed qum a nobis pauloante dictum ſit tria videri ē quæ orator efficere deberet vt doceret vt delectaret. vt moueret. duo ſumme tenuit. vt & rem illuſtraret diſſerendo. & animos eorum qui audirent deuinciret voluptate. Aberat tercia illa laus. qua permoueret atq; incitaret animos. quam plurimum pollere diximus. nec erat vlla vis atq; contentio ſine conſilio. q̄ eos quorum altior oratio actioq; eſſet ardentius furere & bacchari arbitraretur ſiue q̄ natura non eſſet ita factus ſiue q̄ non conſueſſet ſiue q̄ non poſſet. boc vnum illi ſi nibil vtilitatis habebat fuit. ſi opus erat defuit. quinetiā nemini quū i accuſatoe ſua. Qu. Gallio crimini dediſſet. ſibi eum venenū parauiſſe. idq; a ſe eſſe deprebenſum. leſeq; cbirographa teſtificationes indicia. quæſtiones manifeſtam rem deferre diceret. deq; eo crimine accuratæ & exquiſite diſputauiſſet. me in reſpondendo qum eſſem argumentatus quantum res ferebat. bocp̄um etiam poſſe p̄ argumēto q̄ ille qum peſtem capitis ſui. qum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſto & manutenere diceret. tā ſolute egiſſet tam leniter tam oſcitanter. Tu iſtuc. M. Calidi niſi fingeres ſic agebas. p̄ſertim qum iſta eloquētia alienos⁹ bominū picula defendere acerrime ſoles. tuū negligeres. vbi

dolor: vbi ardor animi: qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces & querelas ſolet. nulla pertur
batio animi nulla corporis frons non percuſſa non femur pedis (quod minimū eſt) nulla ſupploſio
Itaq; tantū affuit vt inflāmares noſtros animos. ſomnū iſto loco vix tenebamus. ſic nos ſummi ora-
toris vel ſanitate vel vicio pro argumento ad diluendum crimen vſi ſumus. Tum Brutus. Atq; du-
bitamus inquit. vtrum iſta ſanitas fuerit. an vicium: quis em̄ non fateatur: Qum ex omnibus orato
ris laudibus longe iſta ſit maxima inflammare animos audientium. & quocūq; res poſtulet modo
flectere. qui hac virtute caruerit. id ei quod maximum fuerit defuiſſe. Sit ſane ita inq;. ſed redeamus
ad eum (qui iam vnus reſtat) Hortenſium. tum de nobiſmetipis quoniam id etiam Brute poſtulas
pauca dicemus. quāq; facienda mentio eſt vt quidem mihi videtur duoꝝ adoleſcentium. qui ſi diu-
tius vixiſſent magnam eſſent eloquentiæ laudem conſecuti. C. Curionum te inquit brutus &. C. Li
ciniū caluū arbitror dicere. Recte inquit brute arbitraris quoꝝ quidē alter. quod veriſimile dixiſſet
ita facile ſoluteq; verbis voluebat ſatis interdum acutas. crebras quidem certe ſentētias vt nihil poſ-
ſet ornatius eſſe. nihil expeditius. At hic a magiſtris parum inſtitutus naturam habuit admirabilem
ad dicendum. induſtriam non ſum expertus. ſtudium certe fuit. qui ſi me audire voluiſſet vt cœperat
bonores quam opes conſequi maluiſſet. Quidnam eſt inquit iſtuc: & quemadmodum diſtinguis:
Hoc modo inquam qum bonos ſit premiū virtutis iudicio ſtudioq; ciuiū, delatum ad aliquem q eū
ſententiis qui ſuffragiis adeptus eſt. is mihi & boneſtus & bonoratus videtur. Qui autem occaſio-
ne aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus nactus eſt imperium vt ille cupiebat hunc nomen bonoris ade-
ptum non bonorem puto. quæ ſi ille audire voluiſſet maxime cum gratia & gloria & ad ſummā am-
plitudinem peruenisſet. aſcendens gradibus magiſtratuum vt pater eius fecerat. vt reliqui clariores
viri. Quæ quidem etiam cum. P. Craſſo. M. F. initio ætatis ad amicitiam ſe meā cōtuliſſe. ſæpe egiſ-
ſem arbitror. qum eum vehemēter hortarer vt eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret. quam ma-
iores eius ei tritam reliquiſſent. Erat em̄ qum inſtitutus optime tum etiā perfecte planeq; eruditus
Ineraq; & ingeniū ſatis acre & orationis non inelegans copia. prætereaq; ſine arrogantia grauis eē
videbat. & ſine ſegnitia verecundus. ſed hūc quoq; abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcētibus
gloriæ. qui quia nauarat miles operam imperatori. imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. cui munere
mos maloꝝ ætatem certam ſortem incertam reliquit. Ita grauiſſimo ſuo caſu dum Cyri & Alexādri
ſimilis eſſe voluit. qui ſuū curſum tranſcurrerant. &. L. Craſſi & multoꝝ craſſorum innentus ē diſſi
millimus. Sed ad caluū (is em̄ nobis erat propoſitus) reuertamur. qui orator fuiſſet. quū litteris eru
ditior q; Curio. tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquiſitatius afferebat genus. quod q; q;
ſcienter eleganterq; tractabat. nimiū tamem inquirens in ſe atq; ipe ſeſe obſeruans. metuenſq; ne vi
cioſum colligeret etiam verum ſanguinem dependebat. Itaq; eius oratio nimia religione attenuata
doctis & attente audientibus erat illuſtris. multitudine aūt & a foro cui nata eloquentia eſt. deuora-
batur. Tum Brutus. Atticū ſe inquit caluus noſter dici oratorem volebat. inde erat iſta exilitas. quā
ille de induſtria conſequebatur. dicebat inq; ita. ſed ipſe errabat. & alios etiā errare cogebat. Nā ſi qs
eos q nec inepte dicūt nec odioſe nec putide. Attice putat dicere. is recte niſi Atticū probat nemine.
Inſuſſitate em̄ & inſolentiā tanq; inſaniam quandam orationis odit. ſanitatem autem & integritatē
quaſi religionem & verecūdiam oratoris probat. hæc omniū debet oratoꝝ eadem eſſe ſententia. Sin
autem ieiunitatem & ſiccitatem & inopiam dummodo ſit polita. dum vrbana. dum elegans. in atti-
co genere ponit. Hoc recte dumtaxat. ſed quia ſunt in atticis alia meliora videat ne ignoret. & grad⁹
& diſſimilitudines & vim & varietatem atticorum. Atticos inquit volo imitari quos: nec enim eſt
vnum genus. nam quid eſt tam diſſimile. q; Demoſthenes & Lyſias: q; idem & Hiperides. quā om
niū horum Aeſchines quem igitur imitaris ſi aliquem. Cæteri ergo attice non dicebant ſi omnis qs
potes. qum ſint ipſi diſſimillimi inter ſe. In quo illud etiam quæro. Phalereus ille Demetrius attice ne
dixerit. mihi quidem ex illius orationibus redolere ipe a Athene videntur. At eſt floridior (vt ita di
cam) quā Hyperides. quā Lyſias. natura quedam aut voluntas ita dicendi fuit. Et quidē duo fuerūt
per idem tempus diſſimilis inter ſe. ſed attici tamē quorum Chariſius multarum orationū quas ſcri
bebat aliis qum cupere videretur imitari Lyſiam. Demochares autē qui fuit Demoſthenī ſororis fi-
lius & orationes ſcripſit aliquot. & earum rerum biſtoriam quæ erant athenis ipius ætatæ geſtæ. nō
tam biſtorico quā oratorio genere pſcripſit. At Chariſii vult Hegeſias eſſe ſimilis. iſq; ſe ita putat at
ticū. vt veros illos præ ſe pene agreſtis putet. At quid eſt tam fractum. tam minutū. tam in ipa quam
tamen conſequit̄ concinnitate puerile. Atticoꝝ ſimiles eſſe volumus optime. ſunt ne igitur ii attici
oratores. quis negare poteſt. bos imitamur quoquomō. qui ſunt & inter ſe diſſimilis & alioꝝ. Thu
cydidem inquit imitamur. optime ſi biſtoriā ſcribere. non ſi cauſas dicere cogitatis. Thucidides em̄
reꝝ geſtaꝝ pronūciator ſincerus & grandis etiam fuit. hoc forenſe concertatoriū iudiciale non tra-
ctauit genus. Orationes autem quas interpoſuit (multæ em̄ ſunt) eas ego laudare ſoleo imitari neq;
poſſim ſi velim. nec velim fortaſſe ſi poſſim. vt ſi quis phalerno vino delectet. ſed eo nec ita nouo
vt pximis conſulibus natū velit nec nec rurſus ita vetere vt opimiū aut anitiū conſulē q̄rat. At q ex
notæ ſunt optime credo. ſed nimia vetuſtas nec habet eā quā q̄rimus ſuauitatē. nec ē iam ſane tolera
bilis. Num igit̄ qui hoc ſentiat ſi is potare velit de dolio ſibi hauriendū putet. minime. ſed quandā
ſequat̄ ætatē. ſic ego iſtis cenſuerim & nouā iſtā quaſi de muſto. ac lacu feruidā oīonem fugiendam.
nec illā p̄claram Thucididi nimis veterē tanq; anitianam notā pſeq̄ndā. Ipſe. n. Thucidides ſi poſte-

tius fuisset. multo maturior fuisset & mitior. Demosthenem igitur imitemur. O dii boni quid qua-
si nos aliud agimus aut quid aliud optamus? at non assequimur. Isti enim videlicet attici nostri qd vo
lunt assequũtur ne illud quidem intelligunt. non modo ita memoriæ proditum esse sed ita necesse
fuisse. quum demosthenes dicturus esset. vt concursus audiendi causa ex tota græcia fierent. At quin
isti attici dicũt nõ modo a corona. quod ẽ ipsum miserabile sed etiam ab aduocatis relinquũtur. qua
re si anguste & exiliter dicere est atticoꝝ. sint sane attici. sed in comitiũ veniant. ad stantem iudicẽ di-
cant. subsellia grandiorem. & pleniorem vocem desiderant. Volo hoc oratori contingat. vt quum au
ditum sit eum esse dicturum. locus in subselliis occupetur. cõpleatur tribunal. gratiosi scribe sint in
dando & cedendo loco. Corona multiplex. iudex erectus. quum surgit is qui dicturus sit. significet a
corona silentium. deinde crebre assensiones. multæ admiratões. risus quum velit. quum velit fletus.
vt qui hæc procul videat. etiam siquid agatur. nesciat. at placere tamen. & in scæna esse Roscii intelli
gat. Hæc cui contingant. eum cito attice dicere. vt de pericle audimus. vt de Hyperide. vt de aeschine
de ipõ quidem Demosthene maxime. Sin autem acutum prudẽs & idem sincerum & solidum. & ex
siccatum genus orationis probant. nec illo grauiore ornatu oratorio vtũtur. & hoc propriũ esse atti
coꝝ volunt. recte laudant. Est. n. in arte tanta tanqꝫ varia. etiã huic minutæ subtilitati locus. ita fiet. vt
non omnes qui attice iidem bene. sed vt omẽs qui bñ iidem attice etiã dicant. Sed redeamus rursus
ad Hortensium. Sane quidem inquit Brutus. quãquam ista mihi tua fuit iocunda a proposita ora-
tione digressio. Tum atticus. Aliquotiens sum inquit conatus sed interpellare nolui. Nunc quoniã
iam ad porandum spectare videtur sermo tuus dicam opinor quod sentio. Tu vero inquam attice.
Tum ille. Ego inquit ironiam illam quam in Socrate dicũt fuisse. qua ille in platonis & Xenophõ-
tis. & Aeschini libris vtitur facetam & elegantem puto. Est. n. & minime inepti hominis. & eiusdem
etiam faceti quum de sapientia disceptetur. banc sibi ipm detrabere eis tribuere illudentẽ. qui eam si-
bi arrogant. vt apud platonẽ Socrates. in cœlum effert laudibus Protagoram. Hyppiam. Prodicũ.
Gorgiam. cæteros. se aũt omniũ reꝝ inscium fingit. & rudem decet hoc nescio quomõ illũ nec Epy-
curo qui id reprehendit assentior. sed in historia qua tu es vsus in omni sermone. quum qualisquisqꝫ
orator fuisset exponeres. vide quæso inquit ne tam reprehendẽda sit ironia. quã in testimonio. Quor
sus inquã istuc? nõ. n. intelligo. quia primũ inquit ita laudauisti quosdã oratores. vt impitos posses
in errorem inducere. Equidem in quibusdã risum vix tenebã. quum attico Lisiæ Catone nim compa
rabas. magnũ mehercule hominẽ vel potius summũ & singularem virum. nemo dicet secus sed ora-
torem. sed etiam Lisiæ similem. quo nihil potest esse pictius bella ironia si iocaremur. sin asseueram?
vide ne religio nobis tam adhibenda sit quã si testimoniũ diceremus. Ego enim Catonẽ tuũ vt ciuem
vt senatorem vt impatorem vt virum deniqꝫ quum prudentia & diligentia. tum omi virtute excellen-
tem probo. orationes aũt eius vt illis tempibus valde laudo. significant n. quandam formã ingenii.
sed admodum impolitam & plane rudem. Origenes vero cũ omibus oratoris laudibus refertas dice
res. & Catonẽ cũ Philisto & Thucidide cõparares bruto. ne id censebas. an mihi probaturum. quos
em ne e græcis quidem quisquã imitari pot is tu cõpararas hominẽ tusculanũ. nondũ suspicante qle
esset copiose & ornate dicere. Galbam laudas si vt illius ætatis principẽ assentior. sic. n. accepimus.
sin vt oratorẽ. cedo qso orationes sunt. n. & dic hunc. quẽ tu plus qꝫ te amas Brutũ velle te vllo mo
dicere probas Læpidi orationes. Paulũ hic tibi assentior. mõ ita laudes vt antiquas. qd itẽ de Aphri
cano. de Lælio. cuius tu oratõe negas fieri quicqꝫ posse dulcius. addis etiam nescio qd angustius no
mine nos capis summi viri vitæqꝫ elegantissime verissimis laudibus. remoue hæc ne ista dulcis ora
ita sit abiecta vt eam aspicere nemo velit. Carbonẽ in summis oratoribus habitũ scio. sed quum in ce
teris rebus. tũ in dicẽdo semp qm nihil ẽ melius id laudare qualecũqꝫ est solet. Dico idẽ de Gracchis.
& si de eis ea sunt a te dicta qbus ego assentior. omitto cæteros. venis ad eos in quibus iã pfectã pu
tas esse eloqntiã (quos ego audiui) sine cõtrouersia magnos oratores. Crassum & Antoniũ. de bo-
rum laudibus tibi prorsus assentior. sed tñ nõ isto mõ vt Polydeti Dorypboꝝ sibi Lysippus aiebat
sic tu suasionẽ legis seruile tibi mgram fuisse. hæc germana ironia ẽ. cur ita sentiã nõ dicam ne me ti-
bi assentari putes. Omitto igitẽ q de his ipis. q de Cotta. q de Sulpitio. q mõ de Cælio dixeris. ii em
fuerunt certe oratores. quanti autem & quales tu videris. Nam illud minus curo quod confessisti
oparios omis. vt mihi videãtur mori voluisse nonnulli. vt a te oratoꝝ nũeꝝ referrẽtur. Hæc cũ dixis-
set lõgi sermonis initiũ. depulisti inqꝫ attice. remqꝫ cõmouisti noua disputatione dignã. quã i aliud
tempus differamus. Voluendi. n. sunt libri. quum alioꝝ tum imprimis Catonis. intelliges nihil illius
lineamẽtis nisi eoꝝ pigmẽtoꝝ q inuenta nondũ erãt florẽ & colorẽ defuisse. Nã de Crassi oratione
sic existimo. ipm fortasse melius potuisse scribere aliũ vt arbitror neminẽ. nec in hoc ironiã eduxeris
esse. qꝫ eã oõnem mihi mgram fuisse dixerim. Nũ & si vt tu melius existimare videris. de ea si quã
nũc habemus facultatẽ tñ adolescentes quid in latinis potius imitaremur. nõ habebamus. qꝫ autem
plures a nobis noiati sunt. eo ptinuit (vt pauloante dixi) qd intelligi volui in eo cuius oẽs cupidissi-
mi essent quã pauci digni noie euaderẽt. Quare ironia me ne si Aphricanus quidẽ fuit (vt ait in hy-
storia sua) C. Fannius existimari velim. Vt voles inquit atticus. Ego. n. non alienũ a te putabam. qd
& in Aphricano fuisset & in Socrate. tũ brutus de isto postea. sed tu inquit me intuens oratões no
bis veteres explicabis. Vero inquã brute. sed in cumano aut in tusculano aliqñ. si modo licebit. quo-
niam vtroqꝫ in hoc vicini sumus. Sed iã ad id vñ digressi sumus reuertamur. Hortẽsius igitur qum

